



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 9. In adulterio. Adulterium cœcitas est cordis cuius lob exponit supplicium, & patet in vxoribus Daud.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

li 23 plateis civitatis vindicabitur, &c. Et ubi non speravit, apprehenditur. Sciat igitur adulter, sciat vindictam equis hoc Deus disponit, ut id quod abscondit patrabatur, ad forum deducatur, & inexpectatū ac maximē securū miscat, sibi cavetē apprehēdat. illi q. cōtingat quod huic in fama muliercule, quā inopina o flagitū in delicto & noctis cōteclā tenebris, est i minus vereretur foras producit, voceque preconia cōclamer voverit. *Hæc mulier modo deprehensa est in adulterio*

§. 9. In Adulterio. Adulterium cecitas est cordis, cuius Iob exponit supplicium, & patet in vxoribus David.

19 **A**dducunt mulierem Pharisei ad Christū, quam accusat: magister hæc mulier modo deprehensa est in adulterio: quam lex iudicat irrefragibiliter lapidibus obruendā, tu quid dicis? Gravia habemus argumenta, quibus criminis adulterij confirmemus enormitatem: at illud quantum sapio non innotū videtur quod illō Iudei Christū voluerint illaqueare: etenim arbitrabantur, licet in eo misericordia ceteris caput extolleret, nō auderet tamē tale crimen absolvere res mōq. liberare. Nō vulgaria sunt q. ibi S. Scriptura adulterij explicat gravitatem & vitia hanc studiosius atrederent, qui hodie vivunt: quia cum tāta sit huius peccati malitia, illud tāmen ad eō reddiderūt familiare, ut iam inter cōmuniōra censatur & quid dicam de illo proterva quidam se iactant audierūt, ut ait D. Aug. Audi

te sapientia & patientia speculum Iob. i. *deceptum est cor meum super muliere aliena. Et nā ostēdit disc. 9. amici insidiatus sum: scortū alterius sit vxor mea Iob 31. 9. Et super eam incurventur alij: hoc enim nefas est, & iniquitas maxima. Ignis enim est usque ad perditionē deorans. Et omnia era tūcās genuina. Cuncta perpede verba. Si deceptus est cor meū super muliere aliena. Attēne diligēter, & evidenter cognosces, alienā sectari mulierem nō esse aliud quā quandā cordis tui cecitatem. Propē prodigiū est, videre virū cui cōiux sit instar Angeli venustissima, prudēs, pacata, mīda, quā in Dei servitio posse sanctē frui nullis tumultibus agitata, nullo si noie Deū offendēti turbatus, & neminē scandalizanc, opibus integris, pace servata, optima salute, mulierem tamen insequitur vāle, fordidam, horrendā, malis execrabilem conditionibus, mille periculis, iniuriis, expensis & iactu-*

1. Adulterium est cecitas

ris expositus: illam amat, quærit, blanditur, propriam autem odiū, expellit & execratur. Quid hoc rei? *Deceptum est cor meum.* Cordis est cecitas, quod diaboli traxit in laqueum: hæc enim agit, quem admodum comodus iugē iocū, & deceptor versipellis.

Huius describit fraudes, qui illum, ut Deus ipse collidē nouerat, viuis illum coloribus Iob proponēs in figura ceti horribilis sub cuius proprietatibus fraudes arteiq. nocendi nostri detigit inimici, quantum hæc vna dicitur: *Italium eius prunas ardere facit.* Illa vox *pruna* carbonem significat congestos & nigerrimos: illud autem verbum *ardere*, incendere significat & ipsos reddere splendidiōres. *Sicut* explicat in us, q. d. ex sufflans in carbonēs maximē sordidos, maximē nigros, hoc agit ut instar stellarū fulgere videatur. Sumitur à fabro ferrario metaphora, qui in fornacē carbonē cōgerit adeo nigros, ut neolum in se sint nigritudē & se rāgēs cōinquinat solles artolū, statim excitat & hæc agit, ut carbonēs illi nigerrimi in rubinōs mutati videantur splendidiōsimos, qui de se radios emittant ipsi sideribus lucidioribus hæc est illa ars nocendi diaboli quem Spiritus S. fabrum appellat *stantem in igne prunas.* Huius fabri stans sunt iurgationes callidæ suggestiones, persuasiones deceptoris, quibus quæ sunt extrinsecus horrida & execrabilia, ita reddit formosa & desiderabilia, ut extrinsecus talia esse videantur.

Quærit D. Greg. Nilī, qui fieri poterit, ut proptulantes nostri tantā sapientiā clari & terrenorum altissima cognitione praditi, præfectionem autem terræ fructuum, arborumq. eius credere poterint in pomo latere virtutem, quā diuinum illis esse tribueretur. Apprimē nouerant, quod sine vlla comparatione arbor illa esset ignobilior, non solum naturā suā humanā, quæ vita vicit rationali, sed etiam ipsarum naturarum bestiarum, quæ nedom vivunt animā vegetatū, ut arbor, at insuper & seorsina multo nobilior. Quæ igitur ratione, quod multis gradibus ipso homine est inferior, dare illi potest naturam diuinam ac superiorem mēte mireris inquit D. Greg. licet enim fructus ille terrensus esset, & pomum corporale, suarum statū suggestionū & versutij fallax diabolus hoc ita splendidiōni reddidit, ita singulariter formosum ita del. stabiliter sapidiū ut hæc crederent illud esse diuinum, supra nobilitate, & proprietatibus vigere ita naturā

Y V  
19

transcendentibus. Et frustra clariorū illorū verborū sensum inquirimus quā eum, quem quorundā discimus experiētiā, quā proditor ille ferrarius operatur: mulierē enim videbis immūdam, malorum hospitale, sordidū colluviem, in actionibus suis incōpositam, quę videtur alteri sole ipso formidior, Angelo gratior, venustate dea. Quis hoc agit? Satanx flatus, qui istud in illo agunt, dona gratasque vxoris proprię destruant qualitates, alterius autem representant quāsi diuinās, quibus in fraudem vestra corda pellicunt: *Deceptū est cor meum.*

IV. Hoc mihi verō verius persuadeo, quōd sepenu-mero diabolus quibusdam vtatur fraudibus, ac his vt- operatur, & speciem quandam excitat cecitatis, quam exponente D. Aug. Gręci *ἀόρατος*, & Latini dicunt auidentiam, quā fit vt persona quādam nobis prasente, in eius facie, & corporis figura quedam videamus: alia verō mīnī ē de V. quō supra hęc est illa auidentia quā Deus recitas, gręs Syrix milites obcecavit, vt adstāte vati Eliseo, illum haudquaquam agnoscerent, cuius domiticia, vultum & facies strigas inuentur, alium ab ipso H. 22. differētiā arbitrantur. Simile quōd narrat D. Greg. Nyse, hic comite diacono suo persecutio vita totū delectabat infidias, quibus innotuerat am- & Greg. bos in monte delitescere: hos igitur diligenter inquirunt, magno accedunt apparatu, & hominē sibi obuium interrogant, num sciat, vbinā Gregorius eiusque lateat diaconus, quibus ille: In montis vertice inuenietis vtrumq; absconditū. Ascenderunt illi & suo iudicio: non nisi duas percipiūt arborea, & descen dētes, de illo queruli, qui illis hoc indicārat, indignati discesserunt. Prædicta Deus illos percusserat cecitate, quā oculis apparent species differētes ab eo quod res est: lineis seu tractus quosdā vultus & non alios representantes. Hoc dico multos à dæmone hac cecitate percellī, sic enim loquitur Apostolus: *Deus huius seculi excecavit mētēs infidelīū, ut nō fulgeat illis illuminatio Euangelij glorie Christi.*

2. Cor. 4. Diabolus itē dicitur Deus & Dominus huius seculi. N. inquit te dæmon execat, qui cum mulierē habeis instar Angeli formosam, modestā, prudētē, non illā vt talem estimes, & altera esse Angelus tibi videatur quę sit abominabilis, horrida, & immūda, & quantū illā exhorrescis, tantū huic amore officiaris? Cecitas est cordis, inquit, Iob illara per diabolū: *Deceptū est cor meū.* Exortitū videtur, quōd quis possit tota quiete, securitate, & animę suę voluptate sociā gaudere sibi à Deo concessa, totam nihilominus noctem

vespertilio perambulet, salutē suā, opes, vitamq; exponat periculo, quōd ingressum in domum habeat alię, mille suspitionibus, angustijs, timoribusque perturbatus. Infelix heu nimis in fraudem incidit, eo quod se à Satana permisit ex-creari: *Deceptū est cor meū.* Miratur vehemētē D. Chryl. quā ratione fieri possit, vt quis se in peccatum precipi et, quod tot secum spinas trahit, tot manifesta pericula & tot periculosas suspiciones, Audianus D. Chryl. rotum suspensum: *Que potest esse voluptas vbi metus, vbi discrimin, vbi periculum, vbi tantorum malorum expectatio, vbi tribunalia, vbi accusationes, vbi iudicis ira, vbi ruina, vbi gladius, vbi carnifex, vbi barathrum. Quin potius si tollantur hæc omnia, ponamus nulli notum esse flagitium præterquam ipsi viro & mulieri, quam adulteravit, quomodo feret conscientiam redarguentem, acerbam, & amarulentam, ac insatiabilem ubique secum ferens?*

Hos De per Prophetā Osee graphicē descripsit Symbolo elibani succenti & conclusi: *Omnes adulterantes quasi elibanus succentus à coquēto.* Per hūc declarat angustias, ardores, tremores, suspiciones, & pericula, quibus suā miserē cōbūrit intestina. Quomodo igitur vir iudicio pollēs potest in his viuere? Ne mireris, cęcus est & deceptus: illū quippe diabolus excecavit: *Deceptū est cor meū.* Et verū est quod in parnis rebus, in illusionibus & prestigijs obtineat loci sicut in illis, prout expēdim? cū filij prodigi tractauimus historiā. Hinc est quod cū sit res tā apertē mala, & execranda quā quis cōmittit, exilēs vxori scēdis fragus, rei publicę scandalū, salutis, opūq; naufragiū, vix tamē inuenias illi curandē remediū videtur: autē quōd Spiritus S. talibus omnē spē salutis eripiat qui in hoc cœnum lapsi fuerint: primō namque appellatur hoc peccatum: *Fons profunda es aliena* & deinde *Puteus an- gustus aliena.* Si quis in foueam incideret latio 24. rem, vociferari potest & liberari: porro si in VII. profundam angustiam quę puteū incidit, quid Adulter consilij? vt iam demersum repata, nec alterum posse res habet, etenim qui in adulterium prolapsus fuerit, videtur omni spē salutis priuatus, profundus in illud corruit, & cum talis esset, Probus, vt pheta sanctissimus, Deo familiaris, in omni patet ex genere virtutum exercitissimus, mox vt in il. emphis, lud incidit, en tibi velut cæcus omnis rationis expertus, omnis impos intellectus nec Dei re. 27. cordatur, nec sui muneris, nec suę dignitatis, nec honoris iacturę, nec familia ruine, nec fragis exercitus, quinimo necesse est, vt alius accor-

D. Cr. Hom. 3 in Vidi Do- min. T. 1. Osee cap. 7. 4. Prou. 23. 24. VII. Prou. 23. 27.

rat Propheta particulariter à Deo ad hoc desti-  
natus qui Dauidem prius præaret metaphoris,  
figuris, & parabolis ex industria compositis.  
Nec hoc ipsum laetit, quando statum illum  
vocat infernum inferiorem: *Eripisti ani-*  
*am meam ex inferno inferiori*. Lymbus Pa-  
trum & purgatorium vocatur in Scriptura in-  
fernus, sed infernus est superior, & de quo  
patet egressus ad superiora; porro damnatorum  
infernus dicitur inferior & profundus, qui in  
hunc lapsus fuerit illum habe pro desperato,  
In inferno nulla est redemptio. In hunc corruit  
interitum, profundumque puteum Rex Héro-  
des, & cum D. Ioan, ille esset, qui illum edu-  
cere conabatur, vir qui supremos, & maximè  
proceres milites palmo suo subiugabat, nedum  
regem non extraxit, sed ipsemet in vincula  
coniectus & capite cæsus occubuit, ut hinc rei  
pateat diffinitus, sed vnde hæc oritur?

Numquid non audivisti: *A cæcitate cordis*  
*libera nos Domine!* hæc igitur secum trahit  
excitatem & cordis deceptionem crimen adul-  
terij, *Deceptum est cor meum*. Luxuria ex  
natura sua ostendit intellectum, Adulter inter  
impudicos ille est, qui crassiori excitatae suis in-  
actionibus, & ambagibus cateris errat irrepara-  
bilis, & hoc proprium est peccati sui suppli-  
cium, pati scilicet cordis sui tenebras inextricabiles & perniciosas. Annotant S. Patres

VIII. decem Egypti plagas, transgressioni decem  
Cur 10. respondisse mandatorum, ut culpa poena con-  
plectat. De nona plaga sic S. Scriptura: *Facta*  
*tur E. sunt tenebrae horribiles in universa terra Egypti*  
gyptij. Quid hoc rei? cur tam horribiles &  
Exo. 10. palpabiles immisit Dominus per totam terram  
22. Egypti tenebras? ne dubites: ob noni præ-  
cepti transgressionem. Quid illud prohibet?

IX. Cæcitas? Non concupiscas uxorem proximi tui. Siccine  
respon. igitur propter noni præcepti prauaricationem  
det noni in panam sui sceleres, tenebras, obscurita-  
tem præ. tem & cæcitatem patiuntur intellectus. Hæc est  
cepta. pana, hoc adulteri supplicium: *Deceptum est*  
*In cor meum*. Hæc est Rupertii Abb. apud Lypo-  
Exod. manum explicatio: vnde non tanta mireris  
monstra, qualia in hac audimus materia & in  
illis videmus stratagematibus, quibus proprias  
cludunt uxores illi, qui se hoc adulterij crimine  
obtenebrant. Si in talem lapsus fuero iniqui-  
tatem puniat me Deus (sic sibi Iob impreca-  
tur: *Scortum alterius sit uxor mea*, uxor  
mibi mea fraogat fidem ignominiosè. Insinuat  
Iob, quantum sit hoc peccatum in eo, quò

Deus illud communiter castigat, nimirum  
quò permittit, ut tibi uxor tua fidem abierit,  
& cum tu fidei moliaris in domo alicuius pro-  
ditiones, sit qui similes in tua moliaris.

Numquam tacis laudauero conceptum D. Chryf.  
Chryf. de Dauidis adulterio, ubi expendit  
quàm aptè ad holidem supplicia ceciderint  
quibus Dens in illo crimen multauit adulteri-  
nam omisis illis, quòd ea de causa conuicti  
fuerit tumultibus bellisque agitatus, quatuor  
filiotum morte punitus, impleta ipsa sententia  
(nostro Cardinale Caetano interprete) quom  
ipse protulerat: *Quem reddet in quadruplum*.  
Fecerunt inter illa hæc singularia, quæ Prophe-  
ta Nathan ex parte Dei Dauid intimat suppli-  
cia: *Hæc dicit Dominus, Ecce ego iurabo*  
*super te malum de domo tua, & tollam ux-*  
*ores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo*  
*& dormiet cum uxoribus tuis in oculis tuis hanc*.  
Indicat illi supplicium in poenam adulteri  
futuram, quod proprius suus Filius Absalon  
exequretur in patrem rebellis, hoc est, *Suffi-*  
*ciabo super te malum de domo tua*, & hæc duo  
perficere, sicut & perfecti; primo, quòd  
conaretur patri regnum auferre, patrem illo  
exterminare, patri coronam capitis depradari  
suoque imponere patriciam. Istum, meri-  
tumque supplicium: teste D. Chryf. Est mul-  
lier marito velut regnum, quam non minoris  
debet estimare, honorare, defendere, proci-  
dere, pacem eius & tranquillitatem procura-  
re, quàm regni sui rex illustrissimus; & si-  
cut ad regni tranquillitatem omnes regij diri-  
gantur sollicitudines, sic & viri debent ad ux-  
oris pacem omnia studia conformari. Est in-  
super mulier corona gloriæ viro suo. Testem  
habeo Spiritum S. *Mulier diligens, corona est*  
*viro suo*. Nihil enim in hac vita viro decen-  
tius, nihil est gloriofius quàm mulier sancta,  
prudens, solitaria, domus suæ sollicita filio-  
rum educationi intenta, operaria, vito de-  
ferens, & in componendis famulis studiosa  
&c. Hoc concessio, dum Dauid viro in primis  
nobili Viri mulierem depradatur, regnum  
illi depradatur, illo exturbat, illud sibi oc-  
cupat, illi coronam auferre capitis, qua se,  
voluit honorari: adsit qui regnum illi conce-  
dit, auferre; sibi que conquerere, regnum tollere, &  
diadema, quoq; capiti imponere ipsoq; gloriari.  
Hoc egit Absalon. Audire libet D. Chryf. *Quis*  
*sciat, tamquam absconum regnum occupauerit*  
*cullet*

*cullit enim viro regnum est concors coniux, & non sic rex purpuram & diadema, ut vir uxorem diligit: propterea qui ex uxore natus fuerat ei filius infurrexit tyannus, volens eripere regnum patris, ut rapuit & vim passus est, & qui lanculum peccauerat, de eo palam trimumphauit.*

Secundum, quod singulari consilio Deus permitteret, ut esset qui Davidi proprias tolleret uxores, quas & in oculis eius, & in totius mundi synagoga dehonestaret: Et tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis sollicitus. Ita quoque contigit, ut decem mulieres, quas David ex diuina habebat dispensatione, & palatii sui custodes reliquerat, ipse filius Absalon sibi raperet concubinas, quo sine teneat in solario domus tabernaculum tota spectante ciuitate & populo Ierusalem, quas omnes tibi publice violauit, cum sibi essent nouerca, quod in stuporem omnes rapuit vehementissimum: equidem considero, licet Absalon vitæ esset adeo perditæ & moribus infamis, ut; omnibus est in confesso: plures tamen ex illis mulieribus nobiliores erant honestæ, modestæ & à David edoctæ Dei timorem, cuius e honoris sollicitæ; licet autem Absalon omnem abiiecisset verecundiam, illis tamen eam seruare competeat, morique milites, quam tam horrendo consentire facinori. Quod si illas nec Dei timor refrænaret (credendum enim erat multas illo fore coercendas) illas ad minus mundi pudor, totiusque ciuitatis oculi, que ad spectaculum concurrerat, cohibere debuissent: videtur enim quod etiam mulieribus parum honestis hoc sufficisset: nullam tamen illarum audiuimus tam impudens recusasse facinus, sed nec paulum subtrixisse, nec tantæ proditioni vllam aut temoram aut difficultatem opposuisse. O prodigium; nihil hoc te moueat, siquidem illæ ex vna parte considerantes, quam proditoriè David illas deseruisset, & fidem datam obtraxisset in illum vehementius excanduerunt, nec non videntes quam inhumane cum illis ageret; totum autem se confunderet in voluptatibus & delictis Berthesabee, hoc grauissimè tolerunt: erant illæ inquietæ, illas mouebat acerbus diabolus, Deus autem manum subtraheret auxiliarem, vide herinas quid fecerint. Quid cogitas domum tuam seruacem las curam esse, dum tu per alienas ganeo diuagaris & speras. Dicunt tales esse timidos zelosi & varijs agitato

Hieron. Bapt. de Lanza, Tom. II.

suspicionibus, quia nebulones sunt, & ex operibus nascuntur suspensiones.

Hanc ego dico non esse timoris eorum causam principalem sed Dei vindictam: quam ipsa conscientia ipsis dicit esse iustissimam. Inuenit autem eo modo per Oseam quibudam Dominum inuenisse libidinosis adulteris, quos sic terret: eia delicti agite scortatores, per memetipsum iurati, tale quid in domo tua continget, quale molieris in aliena, de vestris uxoribus, vestrisque filiabus manum subtraham, & peruerterentur. Fornicabitur filia vestra, & sponse vestre adultera erunt. Non uisitato super filias vestras cum fuerint fornicatae, & super sponas vestras cum adultera uerint: quoniam ipsi cum meretricibus conuersabuntur. Quoties me conuenit mulier nobilior merore confecta, suumque deplorans infortunium, quod maritus viam incurrat perditionis, quantoque hoc sibi vertatur dedecori: hoc illi principalis suggero consilium: Domina Deo supplica, sua te protegat manu, nec permittat in prena eius, qui hanc iustè promeruit, tu quoque in simile, meretrix prolabaris adulterium. Ipse Iob rex & patientiæ conspicuus, hoc domui suæ est imprecatus, ut si tantum cecidiret, ut amafius accederet ad alienam: Scortum alterius sit uxor mea. Ut quid igitur Iob tam grauem tibi imprecatus maledictionem? ut quid: Hoc enim nefas est & iniquitas maxima. Peccatum est abominabile & ceteris multo grauius: Iniquitas maxima. Quis ergo eius effectus? Ignis est usque ad perditionem deuoans, & eradicans omnia genimina.

§. 10. Adulterij damna declarat Iob, que patebunt in eo, quod Deus locutus est Abimelech, & ipse Abrahæ.

**E**N tibi, morali interprete D. Gregor. propriam veramque adulterij definitionem; Ignis est usque ad perditionem deuoans, & omnia eradicans genimina. Ignis est, qui omnia consumit, perdit, exterminat ad usque plantarum arborumque radices altissimas. O potentissimum ignem! si noster hic ignis domum tuam inuadat, non omnia demolitur, si namque vnum inuaserit cubiculum, illa sum remanet alterum, si vestes adusserit, lapides non consumit nec argenti aurique laminas, si pinarium tuum vel fructuum pomarium deuorarit, si in cinerem redegerit arbores, integra manent radices, que denuo repullulant, nonosque produunt frotices. Qualis futurus ignis ille, qui domum tuam inuadens

XI. Scortum alterius si uxor adulter inuenisse libidinosis adulteris, quos sic terret: eia delicti agite scortatores, per memetipsum iurati, tale quid in domo tua continget, quale molieris in aliena, de vestris uxoribus, vestrisque filiabus manum subtraham, & peruerterentur. Fornicabitur filia vestra, & sponse vestre adultera erunt. Non uisitato super filias vestras cum fuerint fornicatae, & super sponas vestras cum adultera uerint: quoniam ipsi cum meretricibus conuersabuntur. Quoties me conuenit mulier nobilior merore confecta, suumque deplorans infortunium, quod maritus viam incurrat perditionis, quantoque hoc sibi vertatur dedecori: hoc illi principalis suggero consilium: Domina Deo supplica, sua te protegat manu, nec permittat in prena eius, qui hanc iustè promeruit, tu quoque in simile, meretrix prolabaris adulterium. Ipse Iob rex & patientiæ conspicuus, hoc domui suæ est imprecatus, ut si tantum cecidiret, ut amafius accederet ad alienam: Scortum alterius sit uxor mea. Ut quid igitur Iob tam grauem tibi imprecatus maledictionem? ut quid: Hoc enim nefas est & iniquitas maxima. Peccatum est abominabile & ceteris multo grauius: Iniquitas maxima. Quis ergo eius effectus? Ignis est usque ad perditionem deuoans, & eradicans omnia genimina.

10 Lib. mor 21. c. 9. I. Similitudine explicatur damna adulterij.

